Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tacione ipsa mandamus renovari omnem offensam et notam infamie quam
propterea incurrisse nosceris remittimus lege vel consuetudine aliqua
nullatenus obsistente xiiii.

Noticiam tuam latere non volumus quod exigente negociorum et temporum te-
pestate que nostre liberalitatis ordinem impleri sepe prohibent utilitate
te Inchilonius quo nimis necessitate rigida suadente provincias Lune-
sem et Garfagnane olim tibi per nos devotione collatas nuper civibus
Pisanis et Lucanis providimus concedendas ex quo licet posset impatiens
quo damno notam inhumanitatis obicere quod de filiis spoliis ditant exte-
ros et liberalitatis munificentie gratiam quam nostre dudum gratiosius infundebat
ablatam nunc vacatione confundat si tamen collationis huiusmodi
qualitas et consentientis affectus diligenter attenditur turbari te propter
ea debere non credimus sed id ferre pocius equanimiter arbitramur
tu improbabili debeas argumento presumere ut sicut nostre munificentie
dexteram ad fideles suorum meritos liberius extendimus tanto tibi libe-
rius et liberius pagamus quanto nobis hoc ardencius et mos
suggerit et nunc diu apud nos grandia duplici ratione promoveris
tacimus nobis ydemptitate principes et labores nostros et onera
studiosius et pingui continua cogitatione supportas. Volumus
igitur in promissione huiusmodi quam nedum pactam gratificare te credi-
mus sed compulere potius pagendam rationem habere debeas et absque ratione
qualibet acceptare securus quod si sic tibi in aliis maioribus pro-
vinciis providencia providebit quod et dictis te cessisse provinciis et minus
insudare suorum merito delectabit :— xv.

Licet ad prospera munificentie vota fidelium liberalitatis Regie dextera
generali quadam irregularitate sit habilis illis tamen graciosa por-
rigitur quadam specialitate liberior quos ad obsequia grata continu-
os fructuosos et utiles claris semper inditiis experimur :— xvi.

Dignum esse decrevimus et consentaneum rationi ut quos interdum
illegittimis actibus defectus natalium impedit legittimationis ho-
nore principum reparentur et si quando super hiis impulsus favor fi-
delium suorum supplicatione requiritur liberaliter largiatur. Inde est quod cum
Magister Theodinus de .. clericus fidelis noster pro legittimatione P.
S. et M. filiorum suorum quos dudum in sacris ordinibus constitutus
ex B. decadem terra de muliere soluta se asserit genuisse maie-
state nostre humiliter supplicaverit. Nos supplicationibus suis benignius
inclinati predictos .. de plenitudine potestatis nostre et ex certa sciencia eos
spurios esse scientes legittimamus et ad omnia iura legittima
restituimus ut tamquam legittimi et de legittimo thoro nati in
bonis paternis que feudalia non existunt succedant et ad omnes ac-
tus publicos et civiles honores si se casus ingesserit admit-
tantur et in omnibus aliis suam liberam valeant actionem obiec-
tione prolis illicite in posterum quiescente et lege aliqua non ob-
stante et ea presertim que legittimari spurios nisi ex certa scientia
non permittit. Ita quod tamen viresimul patrem presentum omnium bonorum